

D. 17. 45

cat.

Xa  
3464

REVERENDISSIMI SERENISSIMI Q. PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI

# MAURITII GUILIELMI,

POSTULATI ADMINISTRATORIS EPISCOPATUS  
NUMBURGENSIS, SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MON-  
TUM, ANGRIÆ WESTPHALIAQUE DUCIS &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI LONGE INDULGENTISSIMI,

AC

REGIÆ CONIUGIS EIUS,  
SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,  
DOMINÆ

# MARIAE AMALIAE,

SERENISSIMORUM MARCHIONUM BRANDEN-  
BURGICORUM STIRPE ORTÆ, DUCIS SAXONIÆ, JUL.  
CLIV. MONT. ANGR. ET WESTPHAL. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINÆ LONGE CLEMENTISSIMÆ

CELSISSIMO HÆREDI,  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO

# FRIDERICO AUGUSTO,

DUCIS SAXONIÆ, JUL. CLIV. MONT. ANGR. ET WESTPHAL. &c.

DE


# ILLUSTRISSIMO NATALI

D. XII AUGUST. AB HORA II  
LYCEUM EPISCOPALE  
DEVOTISSIME GRATULABITUR.  
AD QUAM PANEGYRIN  
OMNIUM DIGNITATUM ET ORDINUM  
PROCERES DOCTOSQUE VIROS  
OFFICIOSISSIME ATQUE HUMANISSIME  
INVITAT

M. Gottfried Gleitsmann/R.

Litteris HUCHONIS.





**N**ovis nunc & iis publicis cumulamur gaudiis,  
quæ nos impellunt, ut faustis acclamationibus  
bonisque verbis uramur, & nostras quoque gra-  
tulationes cum plausibus omnium & pro futura  
salute atque in columitate Autori rerum nuncu-  
pandis votis ac precibus religiosissime conjungamus. Quem  
enim REVERENDISSIMO SERENISSIMOQUE PRIN-  
CIPI NOSTRO AC DOMINO CLEMENTISSIMO, e-  
jusq; CONJUGI IN REGALEM SUBLIMITATEM E-  
VECTÆ, PRINCIPI AC DOMINÆ NOSTRÆ IN-  
DULGENTISSIMÆ Numen beneficum anno retro e-  
lapso largitum est CELSISIMUM HÆREDEM, eum  
cum SERENISSIMIS PARENTIBUS & SORORE  
CELSISSIMA ab omni detimento & periculo non sine  
singulari DEI bonitate ita conservatum videmus, ut cele-  
brari lux annua, quam ille principem habuit vitæ suæ,  
jucundissime possit. Itaque SERENISSIMO FRI-  
**DERICO AUGUSTO, JUVENTU-**

TIS PRINCIPI, Lycei Episcopalis nomine humanissi-  
mi & doctrinarum apprime studiosi juvenes, JOHANNES  
CHRISTOPHORUS TITTELIUS, Cizenfis, Collègæ  
suavissimi filius, & JOHANNES DAVID KNOECH-  
ERUS, Moschvicensis Misnicus, parentibus genitus piissi-  
mis, die crastino hora II demississime gratulabuntur, Prus-  
quam autem id aggrediantur; quantum in *filiis Principi-  
pum bene & feliciter educandis* ponendum sit industriae brevi-  
ter proponent. Eloqui enim vix ullus satis potest, quan-  
tum habeat momentum ad beatam subjectorum omnium  
vitam, institutis & præceptis optimis ab ineunte ætate Prin-  
cipes erudiri, ut animi teneri præstantissimarum virtutum  
tanquam satus accipiant, illisque nihil neque ad honorem,  
neque ad veram solidamque gloriam acquirendam dees-  
se videatur. Quod cum animo rationeque lustrarent ho-  
mines inter gentes bene moratas prudentia prædicti, omne  
studium

OMNIA  
PROSPERITATIS  
PROSPERITATIS  
PROSPERITATIS  
PROSPERITATIS

studium in eo in primis esse collocandum censuerunt , ut  
Principum ætas puerilis bonis opinionibus & moribus im-  
buatur , quod non ignorarent , Principem bonum , re-  
publicæ utilem , patriæque suæ decus & columen esse  
neminem posse , qui non illis virtutibus , quarum fama  
benevolentiam conciliat , nomenque ab interitu vindica-  
rum cum æternitate conjungit , elegantissime sit ex-  
cultus . Hanc institutionem atque disciplinam clarissima  
inter Græcos Philosophia lumina ἀπό την μάλιστας αντίστοιχης  
reipublicæ fundamentum vere sapienterque dixerunt : hac ni-  
hil divinius ( εἰδὼς θεόντων ) existimarent esse , de quo possit  
quispiam verba facere : ex hoc perenni fonte manare , ut  
nec pueri mores habeant infantium , nec juvenes puer-  
orum , nec juveniliter se viri gerant , nec delirent senes ,  
iudicem eruditioinis principes præclare docuerunt . Atque  
hos non pauci ex recentioribus in Germania , Gallia & a-  
llis regnis atque provinciis secuti sunt viri doctrina pruden-  
tia & autoritate præstantissimi , qui simul virtutes & mo-  
res quibus instruendi a prima ætatula sunt animi Principi-  
um , accuratè dilucideque exposuerunt . Quos cum omnes  
singulari quadam & eximia laude celebrandoſ eſe duci-  
mus ; tum eos præcipue , qui vera pietate Principum pe-  
ctora volunt imbui , ut statim a puero & ipsis incunabulis  
intelligant & extimescant DEUM , eique ſe totos dedant  
& permittant . Quod quidem præceptum atque moni-  
tum eo magis necessarium hodie videtur eſe , quo plures  
in multis aulis reperiuntur , quos ſuppudet pietatis sinceri-  
que in religionem studii , quaſi hoc ad minuendam digni-  
tatem pertineat , & existimationem ex parte lœdat . Ha-  
c nempe ſunt iſtæ furia ac petes imperii , a quibus post ho-  
nestum ac pulchrum , ipſum etiam fas piuunque eliditur .  
Dignæ profecto , quæ , cum ab omni DEI metu plane ſint  
remotæ , excludantur penitus Principum Christianorum  
que hominum omnium conſortio , ne , qui integri & fru-  
gi ſunt , in eandem impietatis Charybdim ac turbidorum a-  
nimis motuum procellas incident . Neque enim irreligio-  
ſatis , ( ut Tertulliani vocabulo utamur , ) ſed sanctimo-  
niæ officinas oportet eſe palatia , in quibus educantur  
qui ſummae olim rei admovendi & quodammodo in ter-  
ris dii futuri ſunt . Cavendum ergo & providendum ma-  
xime eft , ne quid per oculos vel aures in tenellulos Princi-  
pum animos penetret , quod impiam quandam & impuram  
imaginem in molliflamma illa cera imprimat ; quo illi justi-  
tia & innocentia vitæ ſuæ facere queant teſtatum , quan-  
tum in religione ac reverentia Numinis profecerint . Nam-  
que vere pius in Deum & religiosus Princeps appellari neu-  
tiquam potest , qui ſalutarem quidem amplexus fidem de-  
rebus divinis & ſentit recte & loquitur , & equitatem vero mul-  
tis

tis injuriis jaetat atque agitat, nec in ullo loco consistere il-  
lam & confirmari patitur. Fecunda quædam mater est  
pietas: splendidissimus eam ceterarum virtutum, tanquam  
filiarum, sequitur cohors: nunquam illa non cum tempe-  
rantia, modestia, justitia, liberalitate conjuncta est. Ita-  
que illius in educandis liberis suis Reges ac Principes di-  
vino quadam lumine collustrati rationem esse in primis ha-  
bendam judicarunt; ex qua institutione ii effloruerunt  
heroës, quorum sanctitatem, eruditionem inclytam &  
nobilium facinorum gloriam summamque felicitatem ju-  
re & merito admiramur. Florebis etiam inter illos,  
divina adjuvante gratia, CELSISSIMUS noster  
**FRIDERICUS AUGUSTUS,**  
PRINCEPS JUVENTUTIS, SUMMÆ  
SERENISSIMORUM PARENTUM  
DELICIAE, TOTIUS PATRIÆ SOLATIUM, ut, sicut  
REVERENDISSIMUS PARENTES ævi sui MIRACU-  
LUM est in omni genere excellentiæ & TANTO PRIN-  
CIPE dignæ commendationis; ita SERENISSIMUS  
quoque FILIUS, cum ab INCLYTISIMIS PAREN-  
TIBUS *της ἀρχῆς ἐθλαδεῖ* ut Gregorius Nazianenus loquitur,  
virtutis bona atque decora didicerit, ob præstantissimæ vi-  
tae merita ad cœlum laudibus efferatur. Salve igitur,  
PRINCEPS CELSISIME, **FRIDERICE**  
**AUGUSTE**, DOMINE NOSTER LONGE  
BENIGNISSIME, salve, inquam, ut salvus præsteris TI-  
BI, salvus PARENTIBUS SERENISSIMIS, salvus Sa-  
xoniæ, salvus huic Episcopatu, salvus subiectis omnibus.  
Latamur de incolumente TUA, O ORNAMENTUM  
ET PRÆSIDIUM NOSTRUM, quam nunc à DEO  
habes: latamur de excelsa indole TUA, quæ jam in par-  
vulo fulgens VIRUM PRINCIPEM nobis pollicetur PI-  
UM, SAPIENTEM, JUSTUM, FORTEM, PACIFI-  
CUM, ERUDITUM, SUBJECTORUM AMAN-  
TEM, hoc est, PATRI REVERENDISSIMO  
**MAURITIO GUILIELMO**  
simillimum. DEUS TE conserveret, DOMINE MULTO  
LENISSIME; DEUS *educationem* TIBI fortunet, ut prosperr-  
imos ea consequatur exitus; quo regiones omnes ac pro-  
vinciae gaudio triumphant, & perpetua fruantur felicitate.  
Idem nobiscum quin hodie precentur boni omnes, & ut im-  
petrent a DEO, conceptis votis affixisque pro OPTIMO  
PRINCIPÆ se obstringant, dubitamus nulli. Quare nec  
ambitiose, ut splendoridior fiat panegyris, auditores esse con-  
vocandos putamus; cum quid huic die tam festo, tam solen-  
ni debeat, suum quemque monere possit officium, PP. Cizæ  
III IDUS Sextil. clæ loccl.

no(o) 28

V 078

D. 17. 45

cat.

Xa  
3464

REVERENDISSIMI SERENISSIMI Q. PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI

# MAURITII GUILIELMI,

POSTULATI ADMINISTRATORIS EPISCOPATUS  
NUMBURGENSIS, SAXONÆ, JULIÆ, CLIVÆ, MON-  
TUM, ANGRIÆ WESTPHALÆQUE DUCIS &c. &c.  
PRINCIPIS AC DOMINI LONGE INDULGENTISSIMI,

AC

REGIE CONIUGIS EIUS,  
PRINCIPIS AC DOMINÆ,  
DOMINÆ

# ERIAE ALIAE,

MARCHIONUM BRANDEN-  
BORGÆ, DUCIS SAXONÆ, JUL.  
ANGR. ET WESTPHAL. &c. &c.

NAE LONGE CLEMENTISSIMÆ

MO HÆREDI,  
PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO

# ERIC GUSTO,

V. MONT. ANGR. ET WESTPHAL. &c.  
DE

# SSIMO NATALI

AUGUST. AB HORA II  
M. EPISCOPALE  
IME GRATULABITUR.  
QUAM PANEGYRIN  
GNITATUM ET ORDINUM  
DOCTOSQUE VIROS  
E ATQUE HUMANISSIME  
INVITAT  
fried Gleitsmann/R.  
HUCHONIS.

